



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

16. Augusti. 17. Cal. Septemb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

compassionis ardore super omnia plurimum delectantem, & imitationis privilegio omnia impetrantem. Unde Propheta: Delectare in Domino, inquit, ut speretâ mundi omnium vitiorum jucunditate, suavior ejus recordatio sit: & dabit tibi petitiones cordis tui, non carnis.



16. Augusti. 17. Cal. Septemb.

B. BONIFACI Clarævallis Conver. *Floruit circa*
 se: qui geminum mihi virtutis imitandæ speculum exhibes: Obedientiæ annum alterum; quam in rebus etiam levissimis deliberatè transgredi, reputabas inter delicta gravissima: alterum puritatis; quam in animo & corpore te ingerrimam conservâsse testati sunt cœlestes Genii, qui tibi ex hac vita migraturo in magno numero & splendore spectabiles aderant. *Quàm longè aliter multa agerem, si Angeli mei præsentiam, quæ nullo momento me deserit, mente semper revolverem!*

B. ATHANASI de Villa Gomez, Obijt
 monasterii Nucalensis monache: qui anno
 per insolitam in morte lætitiâ, con-


Gg

scientiæ

Odor suavis è tumulo exit. scientiæ tuæ puritatem fecisti manifestam. Aliquot deinde post obitum annis tua apud DEUM merita declaravit peregrinæ suavitatis odor, non ex Arabia nempe, sed Patria felice, missus, qui de sepulchro tuo egrediens, totum cœnobium implevit. Hortus, in quo flores odoriferi, cœloq; gratissimi nascuntur, est cor humanum. Areolam hanc meam tibi committo; insere talia germina, que acceptum Deo & hominibus odorem spargant.

S. BERNARDUS, de dil. Deo. r. 3.

Quinã odores Sponsi cœlesti placeãt Gaudet sponsus cœlestis talibus odoramentis, & cordis thalamum frequenter libentèq; ingreditur, quod ejusmodi refertum fructibus, floribúsq; respersum invenerit: ubi sua videlicet aut Passionis gratiam, aut Resurrectionis gloriam, sedula inspicit cogitatione versari.



17. Augusti. 16. Cal. Septemb.

Floruit anno 1122. B. ADOLPHE: qui triplicem personam in hujus mundi teatro sustinuit; sed gradatim semper meliorem. Prima fuit Canonici majoris Ecclesiæ Colonien-